3086

intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praetereà ultra praemissos Officy praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Actiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia per duplicationes vel triplicationes, Evictionibus, Suspensionibus, Faralys Iuris, protectione Terrae, bello, Conventioneque, ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Szaniawskie Conjuges Wolska Quietant

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Alexander Szaniawski et Zuzanna de Woynow, primarum Generosi Joannis Wolowski, ad praesens vero secundarum Nuptiarum eiusdem Generosi Szaniawski Consors, Coniuges Legitimi. Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprys et competentibus recedentes praesentisque vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subycicendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et praesertim Consors cum eiusdem Mariti sui Vti Tutoris coniugalis personali assistentia et

Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Gnosam Annam Wolska, olim Gnosi Adami de Kochanow Gozeli Wolski Conthoralis relictam Viduam eiusque posteros: de Scripto Cyrographo manuali, sibi Recognitibus per eandem Gnosam Wolska super certarum rerum et concessionum in eodem Scripto Manuali Contentarum dato, nec non de quibusvis Inscriptionibus, alijsque Scriptis manualibus, earumque roborationibus, ad actum praesentem interesse interveniens quietarunt, emittunt, dimittunt, liberamque et absolutam perpetuo pronuntiant. Scriptum hoc idem Manuale tum et alias Inscriptas, Membranas, earumque roborationes in toto et per omnia cassant, mortificant et annihilant praesentis, sibi suisque Posteris omnino Submissiones perpetuum imponendo Silentium

Fredro alteri Condescendit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Premisliensibus Nobilis Andreas de Pleszowice Fredro, olim Gnosi Ioannis de eadem Pleszowice Fredro, cum Gnosa Salomea de Nagorzyce Consorte eius legitima procreatus filius. Sanus mente et corpore existens à Terris, Dietibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac expresse recognovit. Quia ipse de omni et integro Iuresuo in fracto, Vel de Summa Sexcentorum Sexaginta Sex florenorum, et grossorum Viginti polonicalium, ex Summa originali Duorum Millium florenorum polonicalium, per Gnosum olim Ioannem